Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26142
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uilitate sordebunt. Vis autem
scire quod quę bona sunt. bona esse ex dete
riorum magis comparatione noscuntur.
Quis sciret. bonam esse lucem. nisi noctis
tenebras sentiremus. Quis dulcedi
nem nosceret mellis. nisi amaritu
dinis gustum accepisset. Ipsum
denique diabolum et obluctantes
aduersus nos contrarias potestates
si auferas. uirtutes animi sine
obluctante non poterunt enitescere.
Sic ergo et sacerdotum fidelium gloria non
potest resplendescere. nisi eam in
fidelium reprobatio et pena commen
det. Sed et ex his quos legimus quasi sin
gulariter iustorum magis ex compara
tione ceterorum clari uidentur
habiti apud deum. Denique de noe
scriptum est quod esset iustus et perfectus
in generatione sua. In quo ostenditur
quod non ex integro perfectus. sed in ge
neratione sua perfectus fuerit. et
ad comparationem ceterorum iustus
pronunciatus sit. Simili modo puto
etiam de loth habendum. Quanto hi
deteriores cottidie fiebant
sodomitę. tanto ille appare
bat iustior. Sed et in hoc ipso

libro quem habemus in manibus nu
merorum. cum regressi essent hii qui
inspexerant terram. et decem ex his
formidolosis sermonibus despera
tionem incussissent. duo uero reliqui
id est caleph et ihesus bona nuncia
rent. et hortarentur populum perma
nere in proposito. immortale eis
a deo meritum contulit. non tantum
sua confessio quantum formido so
dalium. Neque enim tam magnifice
in eis uirtus animi claruisset.
nisi reliquorum decem turpis ignauię
formido patuisset. Hec autem
diximus de batillis eorum qui condem
nati sunt quę altario iubentur affigi.
quod ex comparatione inferiorum iusti
appareant clariores. simul et
ut posteris daretur exemplum.
ne quis presumptione superbi spiritus non sibi
a deo datum munus pontificatus in
uaderet. sed ut illi cedat quem non
ambicio humana. nec fauor
corruptus adsciuerit. nec largi
tio condempnanda subrogauerit.
sed meritorum conscientia et dei uo
luntas assumpserit. Post hec re
fert. Et murmurauerunt inquit